Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De vita Francisci Xaverii, qui primus e Societate Jesu in Indiam & Japoniam Evangelium invexit - Cod. Ettenheim-Münster 188

Torsellini, Orazio

[S.l.], nach 1607

Caput I.

urn:nbn:de:bsz:31-115990

Visual Library

futurum. Denuntiationi respondit eventus. Haud ita multo post eodem in loco, nullo haerede relicto, Arausius moritur, eius bona tradito ibi more de haereditate caduca, pauperibus distribuuntur. Caeterum Arausius in praesentia imminentis mortis terrore objecto, scilicet factus est ut cautior ad vivendum, sic ad largiendum benignior. Menses tres si tamdiu enim Hispana classis ad Amboinum substitit: in aegrorum ministerio absumpti sunt utrorumque corporum animorumque pariter salute. Caeterum nihilo salubrior aegrotis quam valentibus Xaverij sedulitas fuit. Horum namque animos vitijs laborantes Sacramentorum medicamentis, privatis publicisque sermonibus sublevare non destitit. Nec incassum is recidit labor. Fructus pacis sane uberes ex bellicosa gente percepti: multorum simultates sublatae: plurimorum sanatae mentes, et ad honestae pietatisque vitae studium traductae. Inter quos Cosmus Turrianus, qui in Hispanorum classe advectus fuerat: eximia Francisci sanctitate permotus, statuit ad eius institutum Societatemque aggregare sese. Franciscus porro re Christiana Amboini bene gesta, sub Hispanae classis discessum Moluccas spectans, Ternatem Insulam ab Amboino millia passuum CC. ex itinere tenuit.

Fructus Hispanorum classe percepti

Turrianus

Horatij Turselini
De vita Francisci Xaverij
Liber III.
In Moluco lapsos in molam mores restituit
Cap: I.

Moluccae insulae

Moluccas regio est modicis directa insulis

(: Moluccas vocant :) aromatum ac præcipuè cario-
phylli fertilitate & commercio nobiles, ab urbe
Malaca millia passuum circiter DC. habitatæ
frequentibus quà Ethnicorum, quà Saracenorum
pagis, terræ ubertate non detinente solum
indigenas, sed etiam advenas invitante. Mo-
luccæ insulæ plurimæ numero sunt, pleræque
magnitudine exiguæ: majores etiam modicæ,
nulla quippe supra duodeviginti millia pas-
suum circuitu comprehendit. Æquatori subjunt,
à Borea in Austrum porriguntur, seragentis
formâ parvum mellibus tactoris disjunctæ.
Cæterùm Mo-
luccis aliæ minores circumfusæ. Cæterùm Mo- Ternate Molu-
luccas formè omnis Saraceno Regi paret, ccarum insularum
stipendiario Regis Lusitani. Harum insula- præcipua.
rum longè celeberrima Ternate urbem habet
cognominem Lusitanæ ditionis; quæ urbs à
Lusitanis, aliisque Christianis indigenis
maximè incolitur. Huc igitur cum venisset Xa-
verius, diversatus est in suburbana Beatæ Ma-
riæ æde, quæ Barræ dicitur. Ibi verò præside
certissima patrona sua invocata, extemplò
solita pietatis ministeria obire cœpit. Terna-
tini jam palam suas cupiditates solverant,
tanto profligatiores Moluccensibus, quanto ab
India remotiores. Quippe ex Ethnicorum Sa-
racenorumque usu et consuetudine, tam sacra-
rum etiam humanarum inscitia eorum men-
tibus se offuderat, ut si in negotiis contrahendis
ubicumque lucri aliqua affulsisset spes, nihil
contra jus fasque esse ducerent, adeo omnia
in extremum erant supra jam morem. Hanc
ergo civitatem penè depositam Xaverius Ma-
lucrari illo suo artificio curare cœpit, insolatam
animis

animis dissimulatione et comitate conciliatis,
paulatim eorum vitia aperire ac sanare
instituit. In quo quidem singularis ejus emicuit
prudentia. Si quem verò irretitum amore
teneri comperisset, qui alicujus authoritatis es-
set ac pretij, hoc potissimum illum arte a-
doriebatur. Blandè primò ac familiariter
hominem affatus, si minus invitaretur, comi-
ter se illi offerebat ipse convivam, jucundóque
sermone convivium celebrabat, aditum salu-
bri admonitioni praeparans. Inde ubi in ejus
familiaritatem sese benè penitùs dederat,
ingressus orationem de vitiorum turpitu-
dine, sensim ad libidinis foeditatem delabe-
batur; ejusdémque incommoda, et simul aeter-
nas adjiciebat minas. Ad ultimum, ubi per-
motum eum senserat, manu familiariter
prehensum ad peccatorum inducebat confessio-
nem: ita demum illi concubinam vel eo ne-
gotio adimebat, aut certè, si aegrè careret, in
matrimonio collocabat. Constabat eo pluri-
mos ad concubinarum nuptias traductos,
ut luxuriae flammam conjugij honestas extin-
gueret. Consimilem rationem in detrahenda
foeneratitia fraudulentaque pecunia servabat:
ejus tanta vis fuit, ut Misericordiae Sodali-
tas ex tenui atque inopi locuples fieret et o-
pulenta. Eam rem crebrae conciones institutio-
nesque rudium ac puerorum haud mediocriter
adjuverunt: quibus civitatis mores emendati,
iniquae pactiones rescissae, tenerae aetatis animi
et linguae catechismo adeò imbutae, ut passim
omnia Christianae doctrinae carminibus perso-
narent. Praecipuè verò Francisci vaticina-

Prudentia in flagitiosis hominibus corrigendis.

Vaticinatio

tio

tis quaedam Ternatinorum permonuit animos:
Joannem Araujum mercatorem, quem in
Amboino brevi moriturum praedixerat, longe
absens moribundum divinitus prospexit. Itaque
sacrum magnâ hominum frequentiâ faciens,
cum post Offertorium de more se converte-
ret ad populum, Orate, fratres, inquit, et Jo-
annis Araujij animam, qui modo in Amboi-
no expiravit, commendate Deo. Equidem et
heri pro illo feci, et hodie facias. Mirari
qui aderant alij alios intueri; quaerentesq;
inter se, quî tandem id scire potuisset,
cum Amboina ab eo loco abesset parsanum
millia amplius ducenta, et neminem per eos
dies inde venisse constaret. Admiratione de-
inde in expectationem versa, notatur res, di-
esque, ab ijs qui audierant: et paucis interje-
ctis diebus, navis ex Amboino de Araujij
morte nunciat. Temporibus ac reby inter
se comparatis, omnia cum Francisci praedictio-
ne prorsus congruere comperta. Tum omni-
no nemini dubium esse, quin id Xaverius
divinitus cognovisset. Quoniam illum tanquam
prophetiae dono praeditum omnes suspicere
coeperant. Jam Xaverius Macassarium, quod
bidui fere aberat, meditabatur. Caeterum Ma-
cassarios illos, ut qui satis auxiliorum habe-
rent, à Francisco juvari, Deo ubique visum
non fuit. Per idem tempus haud vanis aucto-
ribus comperit, in Maurica (f: regio Mauri
vulgò dicitur) Christianos esse quamplurimos: quorum, quippe Sacerdotibus carentium,
salus ad ultimum esset adducta discrimen. Itaque
his potius succurrendum ratus, qui gravius labo-
rarent.

rarent, omissis Macatenijs, quibus alcunde auxilia non deerant, ad juvandos destitutos ab alijs convertit animum.

Mauritia incolis periclitantibus, vel cum capitis sui periculo subvenire statuit.

Cap. IX.

Mauricia regio. Abest Mauricia regio à Ternate propè CC. millia passuum. Terra aspera ac praerupta omniumque fermè rerum sterilis. Frumentū vinumque incolae ne fama quidem acceperunt: nulla apud eos armenta aut greges, praeter sues admodum paucos, quos mirandi potius quam gustandi copia est. Aquae dulcis inopia: oryzae tamen satis; magna vis aprorum: ingens modo arborum, unde sibi panem qualemcunque et vinum petant; aliae porro arbores, ex quarum cortice depexo-

Gentis Mauricae barbaries. vestem vulgò conficiunt. Gens ipsa prorsus barbara & expers humanitatis, quippe nulla omnino litterarum habet monumē-ta: feritate autem inter omnes nationes eminet, tum ferro, tam veneno saeviens etiā in suos: tantum abest, ut ferocia ingenia sua efferata alienis et advenis parcant. Sacerdotem ipsum ac Parochum, qui unus illorum salutis curam agebat, de medio sustulerant. Itaque jamdiu orbi erant pastore.

Mauricae terrae incommoda. Regio magna ex parte crebris terrae motibus impensè concutitur: ignes ac cineres evomit: ingentibusque exaestuantis maris incessitur fluctibus. Deum credas de nefarijs illorum sceleribus supplicium sumere. [illegible] multiplex hic metus advenas absterrebat omnes. At Franciscus adversus omnia

pericula